



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

I. Illius procuratio propria est Parochi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

*Hoc studium ad Parochos maximè
pertinet.*

Pietas , siue Religio virtutibus
Theologicis proxima , Moralium
facile princeps , veri Numinis cultum
respicit , & ritè procurat . Est quidem
ea virtus (vt sunt quæque cuiq; ætati
suæ) propria Adolescentiæ : sed ta-
men in adolescentibus in flosculos fe-
rè tantùm se induit , fructus necdum
profert , saltem decoctos ; crescente
ætate crescere , roborari , & ad matu-
ritatem perduci debet : debet autem
maximè in iis , qui rerum sacrarum ,
& animarum curam sibi propriam su-
munt : hi enim sancta sanctè tractare ,
& religionem procurare tenentur ex
officio : atq; ad hoc munus , sacris
sunt ordinibus iniciati . Itaq; sacrile-
gium erit , si perfunctoriè , si oscitan-
ter , & neglectim , si impiè res Dñinas
attrectent .

NVM: